Quelle: http://manuscripta.at/?ID=30305
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift

Adhuc quidam presbyterum excommunicatus in infirmitate incurrit et penitens curatus est, et lege que sequitur [illegible] finem imposuit.

luntarius infirmitate penitere coactus est
nolens. Corpus quidem suum usque quaque contra
hitur. et uelut ex lepra sicca quadam scabie sordi
datur. Audita ergo pii patris uirtute accessit. con
fiteri mortuo, fide tactus ut placeat. cui
noluit uiuo. Cum ecce iam tumbe appositus
deuotionis offert precium. at sanctus soluit pecca
ti uinclum et contractum erigens reddit sanum.
Vox ecce populi in laude sustollitur. Christus in sancto et
sanctus in Christo benedicitur. qui egre peccanti tam mi
rifice propiciatur. Socii uero sui sanato applaudunt.
sed ab eius mensa quia adhuc liuida scabie ma
culoso se subtrahunt. ipsi tamen memoriam sancti
Eberhardi celebrare commendare non sinunt. At ille
infeliciter inquit mallem ut primo contrahi. quam
sic a uobis erectus despici. quo si plene sanas
set applauderem. sed iam despectus doleo propter
hanc erectionem. O quam terribile inquam dictu in
crastino neruum contrahitur. usque ad genu. ut qui
sanari doluit. iam soluto infirmior fit. Omi
randa pastoris sententia. mortuus mortalia
soluit uincla. soluit animam nexu corporis. uir
tute pastoris eripitur ouis. Pastorem igitur non ir
ritare discat. subiecta condicio. discat non irrite
ri peccati uinclo. ne si mors promineat absit
omnis propiciatio.

9 Mulier quedam de ense uirum linquens legi
timum. ioculatori se iungit. aduicium insacia
bilem fouere cupiens appetitum. Iuuauum ergo ue
niens lasciuit ut stolida garrit. et ioculatur
ut ganea. legitimi federis adulteratur oblita.
Tandem ad sepulchrum beati Eberhardi accedit ut
composita. cum cyrothecis offert elata. sed ultione
diuina percutitur. et fit arrepticia. Soluta rima
tur ludicra. iusticie blasphemat ut garrula.
huc et illuc se reuoluit in aera. quam sic a de
mone uexabatur obsessa. Educitur ergo et trahitur
in templum. et a clero circumstante exorcizatur
demonium. et mulier delicta confitetur ne peat.
et emendare promittens. deum liberata glorificat.

6 L Gaudet ergo Christus in sancto. laudetur sanctus in Christo.
qui sic dispensat ut laborent infirmi. ut sa
nitatem eis redditam sanctorum suorum ascribat meri
tis. et sue uirtuti. Quicquid enim fit per sanctos. deus
facit in ipsis. Vnde est illud. Sine me nichil
potestis facere. Operatur enim omnia in omnibus. diui
dens singulis prout uult. Omnium etenim po
tens est dominus. et hec fecit ut sanctum suum glorificet.

Sermo.

et notam nobis faciat potentiam suam. dicens.
per prophetam. Videte quod ego sum solus. et non est alius
deus preter me. Excussit enim pharaonem et uirtutem
eius in mari rubro. Quis est iste pharao nisi diabo
lus. qui est rex egypti. id est tenebrarum rex. Ipse quidem
quantum potest exterminat. id est extra terminos patrie
ducit et necat. Que est eius uirtus. nisi temptacio
num suarum fortis tumultus. Quid est mare rubrum
nisi misterium. uel Christi passionis sacramentum. Quasi
enim pharao cum exercitu suo in mari rubro sub
mergitur. cum diabolus et uicia sua Christi et sanctorum
suorum passiones conuincuntur. Ideoque gloriosus deus in
sanctis suis. mirabilis in maiestate sua. terribilis
et laudabilis et faciens mirabilia solus. Et
hec facit ad laudem et gloriam nominis sui. Qui
est benedictus in secula.

Aliud sermo.

Elegit dominus dauid seruum suum et sustulit
eum de gregibus ouium. et de post fetantes ac
cepit eum. Dauid ut omnibus notum est. manu for
tis interpretatur. et per ipsum beati Eberhardi fortitu
do figuratur. Dauid quippe in funda. et trino
lapide preualuit in phylisteum. et cum puer esset
de israel abstulit omne obprobrium. Quid per fun
dam nisi fides. quod per eius funiculos nisi dei et proximi
dilectionem significamus. Quid per tres lapides. nisi
triplex sancte scripture misterium. id est allegoriam. a
nagogen. et tropologiam intelligimus. Quinque
quidem lapides. quinque libri moysi. uel omnem sacre
scripture seriem. scilicet hystoriam. prophetiam. legem. eu
angelium et epistolas notant. Quasi ergo tribus lapidibus.
id est triplici sancte fidei doctrinam hereticorum strauit in
saniam. et ipso deo super inimicis acquisiuit uictoriam.
Vnde est illud quod sequitur. Abstulit obprobrium in israel.
Ipse enim cum dauid malicia paruulus. uirtutum
gratia fortis. uelud omnium fratrum iunior. quia
humilitate paruus. sed ad arma iusticie robu
stior. populum cum uirga direccionis rexit. et ec
clesiam Christo sponso copulans. regnum deo factus fuit. Vt
conueniat illi quod scriptum est. Eris corona glorie in
manu domini. et diadema regni in manu dei tui.
Huic itaque ut diximus recte elegit dominus. ut po
cius preelegit. quem magnificauit in conspectu
regum. et credidit coronam glorie. Ideo sustulit eum
de gregibus ouium. et non de grege. Sunt enim diuersi gre
ges. significant auersitate differentes. qui morum
gressu uiam ambulant multiplicem. qui nec fi
dei. nec gratie tenent unitatem. In uia autem so
la graditur qui moribus implet. quod per fidem per